

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tvllii Ciceronis Opera Omnia

Cicero, Marcus Tullius

Basileæ, MDCLXXXII

Pro M. Marcello

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1133)

M. MARCELLO.

ORATIO QUADRAGESIMA.

SYNOPSIS.

¶ **Quæstio.** An Cicero Casari gratias agere debeat pro M. Marcello restituo : cum in perpetuum tacere statueris. Et vero, idq. verbis amplissimis gratias hic agit Cicero.

1. **D**IVITIUM silentii, P. C. quo eram his temporibus usus, non timore aliquo, sed partim dolore, partim verecundia, finem hodiernus dies attulit: idemque initium, quæ vellem, quæque sensitrem, meo pristino more dicendi. Tandem enim mansuetudinem, tam inusitatam, inauditamque clementiam, tantum in summa potestate, rerum omnium modum, tam denique incredibilem sapientiam, ac præ divinam, tacitus nullo modo præterire possum. M. enim Marcello vobis, P. C. reique pub. reddito, non solum illius, sed meam etiam vocem, & auctoritatem, & vobis, & reipub. conservatam, ac restitutam puto. Dolebam enim, P. C. & vehementer angebar, 2. cum viderem, virtum talem, tum in eadem causa, in qua ego fuisset, non in eadem esse fortuna? nec mihi persuadere poteram, nec fas esse ducebam, versari me. 3. in nostro veteri curriculo, illo annulo, atque imitatore studiorum, ac laborum meorum, quasi quodam socio, à me, & comite distracto. 4. Ergo & mihi, & meæ pristinae vitæ consuetudinem, C. Casar, interclusam aperuisti, & his omnibus ad bene de omni rep. 3. sperandum, quasi signum aliquod sustulisti. Intellectum est enim mihi quidem in multis, & maxime in me ipso, 5. sed paullo antè omnibus, cum M. Marcellum senatui, populoque Rom. concessisti, commemoratis præsertim offensionibus, te auctoritatem hujus ordinis, dignitatemque reip. tuis vel doloribus, vel suspitionibus anteferre. Ille quidem fructum 6. omnis vitæ ante. actæ hodierno die maximum cepit, cum summo consensu senatus, tum præterea judicio tuo gravissimo, & maximo: ex quo profectò intelligis, QUANTA in dato beneficio sit laus, cum in accepto tanta sit gloria. 7. Est verò fortunatus ille, cujus ex salute non minor pars ad omnes, quam ad illum ventura sit, 4. lætitia pervenerit, quod ei quidem merito, atque optimo jure contigit, quis enim est illo aut nobilitate, aut probitate, aut optimarum artium studio, aut innocentia, aut illo genere laudis præstantior? Nullius tantum est flumen ingenii, 8. nulla dicendi, aut scribendi tanta vis, tanta copia, quæ non dicam exornare, sed enarrare, C. Casar, res tuas gestas possit, tamen hoc affirmo, & hoc pace dicam tua, nullam in his esse laudem amplioiorem, quam eam, quam 5. hodierno die consecutus es. Soleo sæpe ante oculos ponere,

idque libenter crebris usurpare sermonibus: omnis nostrorum imperatorum, omnis exterarum gentium, potentissimorumque populorum, omnis clarissimorum regum res gestas cum tuis nec contentionum magnitudine, nec numero prælorum, nec varietate regionum, nec celeritate conficiendi, nec dissimilitudine bellorum posse conferrî. nec verò disjunctissimas terras citius cujusquam passibus potuisse pergrari, quam tuis non dicam curribus, sed victoris illustrata sunt. Quæ quidem ego nisi ita magna esse fatear, ut ea vix cujusquam mens, aut cogitatio capere possit, amens sim: sed tamen sunt alia majora, nam BELLI-CA S. laudes solum quidam extenuate verbis, easque detrahere ducibus, 9. communicare cum militibus, ne propriæ sint imperatorum, & certè IN ARMIS, militum virtus, locorum opportunitas, auxilia sociorum, classes, comæctus, multum juvant. maximum verò partem quasi suo jure fortuna sibi vindicat: & quidquid est prospere gestum, id parè omne ducit suum. At verò hujus gloriæ, C. Casar, quam es paullo antè adeptus, socium habes neminem. totum hoc, quantumcumque est, quod certè maximum est, totum est, inquam, tuum, nihil sibi ex ista laude centurio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. quin etiam illa ipsa rerum humanarum domina, Fortuna, in istius felicitatem gloriæ non offert: tibi cedit: tuam esse totam, & propriam fateatur. NVM QVAM enim temeritas cum sapientia commiscetur, nec ad consilium casus admittitur. Domus gentis immanitate barbaras, multitudinem innumera- bilis, locis infinitas, omni copiarum genere abundanteis. sed tamen ea vicisti, quæ & naturam, & conditionem, ut vinci possent, habebant. nulla est enim 10. tanta vis, quæ non ferro, ac viribus debilitari frangique possit. animum vincere, iracundiam cohibere, 11. victoriam temperare, advertiarium nobilitate, ingenio, virtute præstantem, non modò extollere læcentem, sed etiam amplificare ejus pristinam dignitatem: hæc qui faciat, non ego eum cum summis viris comparo, sed simillimum deo, judico. Itaque, C. Casar, bellicæ tuæ laudes celebrabuntur illæ quidem non solum nostris, sed parè omnium gentium litteris, atque linguis: 12. neque ulla unquam ætas de tuis laudibus conticeat. Sed tamen ejusmodi res, nescio quomodo, 13. etiam cum

1. **D**ivitiarum silentii P. C. quo.] Horomanus lib. iv. cap. 3. reponendum putat C. Casar hoc est. Cui Casar sed mss. Pall. octo, decem, sicut pro vulgatastam heic & quam infra. & proba. neque aliter sic eadem repetitio infra initio capiti quinti.
2. **Cum viderem virtum talem, tum in eadem causa.]** Sic Pal. ille nonus, cujus bonitas mihi multis argumentis perspecta est. alii enim præferunt angebar virtum talem cum in ead. causa, &c. fuisset, vel angebar virtum talem, qui in eadem causa, &c. fuisset. & vero media lectio etiam erat in Colonienis ac S. Victoris, probatæque initio Gulielmii, sed deinde cancellavit.
3. **In nostro veteri curriculo.]** Ita etiam Pall. non refert. neque enim omnes Patres conscripsi eloquentes.
4. **Ergo & mihi, & meæ.]** Particula & geminata est à Pall. omnibus, à Basil. S. Vict. Celberdenis & Grut.
5. **Sed paullo ante omnibus.]** Est à conjectura P. Victorii, quam plurimus firmat lib. xviii. Var. lect. cap. 6. vulgata, in omnibus; præferuntque omnes omnium mss. itaque Gulielmii mutabat in sic.
6. **Omnia vitæ ante actæ hodierno.]** Securus sum positionem Pal. noni, auribus meis gratioiorem. Erfurd. tamen habet, fructum antacta atque, quod præfert alteri Gulielmii.

7. **Est verò fortunatus ille.]** Sic nonus, & aliquot præterea Pall. item S. Vict. & Grut. securusque est Lambinus, sed is male abiecit ille, valgoz verò.
8. **Nam laudandi viri.]** Pall. plures & Hitt. duo & S. Vict. mss. elegantè πολυλ. & ἄλλοι, inquit Gulielmii.
9. **Communicare cum militibus.]** Haud aliter Pall. omnes & Put. à tres Colonienis, recepta lectio cum militibus, malè.
10. **Tanta vis quæ non ferro.]** Additum præterea editis, tanta copia, sed id spernunt omnes ferè mss. nostri aliorumque, neque agnovit Lactantius lib. 7. Div. Inst. cap. 9. videtur Modius Novantig. Epist. cxxxii.
11. **Victoriam temperare.]** Pal. nonus vitium, quomodo & tres Coll. sed mutato genere, vitium. adeo ut videatur reponendum vitio temperare: quod item in aliquot Palatinis & Put. Plautus Muffellaria: Titè temperem, cum tu mihi nequeas? temperare vit parere.
12. **Nec ulla unquam ætas.]** Colonienis, usquam, quod omnino recipiendum putat Modius nosler.
13. **Etiam cum leguntur, obsequi.]** Revocavi lectionem antè quintus curiam, stabilitamque decem minimam Pall. item tribus Col. & S. Vict. & Grut. posterius publicati etiam dum audierunt, aut dum leguntur, Putrani mss. præterea volebat, obsequi clamor militum, & tubarum soni. 1. P.

om legantur, obstrepi clamore militum videntur, & tubarum sono. At verò cum aliquid clementer, mansuetè, justè, moderatè, sapienter factum, in iracundia præsertim, quæ est inimica consilio, & in victoria, quæ natura insolens, & superba est, aut audimus, aut legimus: quo studio incendimur, non modò in gestis rebus, sed etiam in fictis, ut eos sapè, quos numquam vidimus, diligamus? Te verò, quem præsentem intuemur, cujus mentem, sensusque, ôs cernimus, ut quidquid belli fortuna reliquit resp. fecerit, id esse saluum velis, quibus laudibus effereamus? quibus studiis prosequemur? qua benivolentia complectemur? 1. Parietes, medius fidius, C. Cæsar, 2. ut mihi videtur, hujus curiæ, tibi gratias agere gestiunt, quod 3. brevi tempore futura sit illa auctoritas in his majorum suorum, & suis sedibus. Equidem cum C. Marcelli, viri optimi, & 4. commemorabili pietate præditi lacrimas modo vobiscum viderem, omnium 5. Marcellorum meum pectus memoria obfudit. quibus tu etiam mortuus M. Marcello conservato, dignitatem suam reddidisti, nobilissimamque familiam, jam ad paucos redactam, pæne ab interitu vindicasti. Hunc tu igitur diem tuis maximis & innumerabilibus gratulationibus jure antepones, hæc enim res unius est propria Cæsaribus: ceteræ ducete gesta, magnæ illæ quidem, sed tamen multo, magnoque committuntur. hujus autem rei tu idem es & dux, & comes: quæ quidem tanta est, ut tropæis, monumentisque 6. tuis allatura sit finem ætas: NIHIL ENIM est opere, aut manu factum, quod aliquando non conficiat, & consumat 7. vetustas, at verò hæc tua justitia, & lenitas animi florebit quotidie magis, 7. ita ut, quantum operibus tuis diurnitas detrahet, 8. tantum afferat laudibus. Et ceteros quidem omnes victores bellorum civilium, jam antè aequitate, & misericordia viceras: hodierno verò die te ipsum viciisti. Vereor, ut hoc, quod dicam, non perinde intelligi auditu possit, atque ego ipse cogitans sentio, ipsam victoriam vicisse videris, cum ea ipsa, quæ illa erat ad præa victis remisisti, nam cum ipsius 9. victoria conditione jure omnes victi occidifsemus, clementia tuæ judicio conservati sumus, rectè igitur unus invictus es, à quo etiam ipsius victoriarum conditio, 10. visque devicta est. Atque hoc C. Cæsaribus judicium, P. C. quam late pateat, attendite. omnes enim qui ad illa arma facti sumus nescio quo resp. misero, funestisq; corpulsi, est aliqua culpa tenemur erroris humani, 10. à scelere certe liberati sumus. nam cum M. Marcellum, deprecantibus vobis, resp. conservavi: memet mihi, & item resp. nullo deprecante, reliquos amplissimos viros, & sibi ipsi, & patriæ reddidit:

quorum & frequentiam, & dignitatem hoc ipso in confes-
 su videtis: non ille hosteis induxit in curiam, sed judicavit,
 à plerisque ignoratione potius, & falso, atque inani metu,
 quam cupiditate, aut crudelitate civile bellum esse suscep-
 tum. quo quidem in bello 11. semper de pace agendum, 14.
 audiendum putavi, semperq; dolui non modò pacem, sed
 orationem etiam civium, pacem effragitantium, repudiari.
 neque enim ego illa, nec ulla umquam secutus sum arma
 civilia, semperq; mea consilia, pacis, & togæ sociæ, non belli,
 atq; armorum fuerunt hominem sum secutus privato officio,
 non publico: tantumque apud me 12. grati animi fide-
 lis memoria valuit, ut nulla non modò cupiditate, sed
 ne spe quidem, prudens & sciens, tanquam ad interitum
 tuum volutarium. Quod quidem meum consilium minime
 obscurum fuit. nam & in hoc ordine, integra re, multa
 de pace dixi, & in ipso bello eadem etiam 13. cum capitis
 mei periculo sensi. 14. Ex quo nemo erit tam injustus rerum
 æstimator, qui dubitet, quæ Cæsaribus voluntas de bello fue-
 rit, cum pacis auctores conservandos statim censuerit, ceteris
 fuerit iratior. Atque id 15. minus mirum fortasse tum,
 cum esset incertus exitus, & anceps fortuna belli. QVI VIK-
 RO victor, pacis auctores diligit, is profectò declarat, se ma-
 luisse non dimicare, quam vincere. Atque hujus quidem rei
 M. Marcello sum testis. nostri enim sensus, ut in pace
 semper, sic tum etiam in bello congruebant. Quoties ego eum,
 & quanto cum dolore vidi, cum insolentiam certorum ho-
 minum, tum etiam ipsius victoria ferocitatem extimescentem?
 quò gratior tua liberalitas, C. Cæsar, nobis, qui illa vidi-
 mus, debet esse. non enim jam causæ sunt inter se, sed victo-
 riæ comparanda. Vidimus tum victoriam, prætorum exitu
 terminatam: gladium vagina vacuum in urbe non vidi-
 mus. quos amissimus civis, eos Martis vis perculit, non ira
 victoria: ut dubitare debeat nemo, quin multos, si fieri pos-
 set, C. Cæsar ab inferis excitaret; quoniam ex eadem acie
 conservat, quos potest. Alterius verò partis, nihil amplius
 dicam, quàm id, quod omnes verebamur, nimirum iracundiam su-
 turam fuisse victoriam, quidam enim non modò armatis,
 sed interdum etiam otiosis minabantur: nec, quid quisq; sen-
 sisset, sed ubi fuisset, cogitandum esse dicebant: ut mihi quidè
 videantur dii immortales, etiam si pœnas à populo Romano
 ob aliquod delictum expetiverant, qui civile bellum tan-
 tum, & tam luctuosum excitaverunt, vel placati jam, vel
 etiam sariati, aliquando, omnem spem salutis ad clemen-
 tiam victoris, & sapientiam contulisse. Quare gaude tuo
 isto tam excellenti bono: & fruire cum fortuna, & gloria,
 tum

1. Pariter videtur, C. Cæsaribus. Sic integrum videtur: Ita me
 Divo Fidius. Sic hæc pars salva est. De reliquis sua sentio, mutan-
 dum nihil esse & illas majorum suorum, non ad parietes, sed ad auctorita-
 tem, magis tamen ad sensum, quam ad vocem referri. Significat futu-
 rum brevi, ut res publica restituta sit in potestatem honorum seu opti-
 matum & senatus. Itaque arguitur Cicero, propediem venatur illa
 primum & antiqua auctoritate fore in his majorum suorum & suis se-
 dibus: & si suorum respicere non tam vocabulum auctoritatis, quam rem
 & personas eo vocabulo designatas. Græc. Observ. lib. 4. cap. 16.
 2. Ut mihi videtur. Colonienfes duo videntur, quod probat Modius
 Epith. cxxxix. mihi coactus habetur.
 3. Hæc tempore futuræ sit, Græc. Hieronimus libro 19. Observat. c. 7.
 superat legi, hæc tempore illa majorum suorum auctoritas in his suis sedi-
 bus futuræ sit.
 4. Memorabili pietate præditi. Vulgata interjecit, pietate & virtute præ-
 sed nulla licet talis in ead. vet. in miss. nostris, restitaturque idem de
 eribus suis Lambinus, quin imò, si res esset moti arbitrii, adhuc deleterem
 illud præditi cum Gulielmo.
 5. Marcellorum meum pectus memoria obfudit. Est à Pal. nono, neque
 aliter Gemblæ, aut Mauricianus, alluduntque Lambiniani, in quibus
 affudit vulgo legitur effudit, quod proponunt quidem Victorius lib.
 xxxiv. Var. lect. cap. 9. sed durius videtur.
 6. Tuis allatura. P. Victorius lib. xvi. Var. lect. cap. 27. conjicit, tuis
 nonnulli: quem impugnat Rob. Tonus itaque prolovi vulgato tuis
 nulla antiquæ allatura, Græc. lib. 11. contra verborum cap. 37. at alterum Vi-
 ctorius vocat Villonarius; à quo diversum sensu Gulielmus, hæc inter-
 pretatione: ne, inquit, nihil actum arbitraris; stabiliti hoc fa-
 ctio monumenta rerum à te gestarum, & perpetuasti, quæ enim consi-
 det temporis diuturnitas, ea quasi regere abis laudem commemoratio-
 sic ille, sed ad oram adscripserat, legi in Mauriciano uno ac S. Victorius

allatura, sine illis nulla eorum, quæ lectio sanè plenissima & ideo à
 me recepta in contextum; præsertim quòd prædixisset Fabrius, sic
 quoque legi in codice Med. cæto. neque aliter invenissem in Puteani
 libro.
 7. Ita ut quantum. Mauricianus postior, non habet illud ut, & si
 ablic, Latine magis loquitur auctor.
 8. Tantum adferat laudibus. Vix mihi eripi potest non legendum, ad-
 ferat, aut tantum reponendum cum aliquot Pall. & Basilic. adferat, quo-
 modo & olim euh.
 9. Victoria conditione quæ vincit, Græc. Colon. & Pal. ps. sec. tert. non
 habent illud jure: neque putat esse à Cicerone Gulielmus, tanquam
 adulatio major: qui cum alibi semper, cum hoc ipso libro non semel
 Pompejanorum partes sublevet, itaque si non arbitramur delendam,
 putat mutandam in vique: quod reperi ad oram libri Puteanorum, ego
 nihil mutò. ius enim Victoria, est jus strictum, noraque est fabula
 AElopi, de Ciconia involuta tui cum aliis avibus.
 10. A sceleris exitu. M. fere ab. Gulielmus inde faciebat, at.
 11. Semper de pace agendum, audiendum putavi. Sic Pall. tres, quatuor,
 nam ceteri excludunt alibic illud agendum, vulgata, audiendumque esse
 putavi. Pat. adhuc licet minus audiendum.
 12. Grati animi fidelis memoria. Malebat Gulielmus gratia, quod in
 Col. & Pall. aliquot.
 13. Cum capitis periculo. Petrus Victorius annotat fuisse in miss. qui-
 buldam partem, neque aliter Hircorp. jovanat tamen Pall. vulgatum.
 14. Ex quo iam nemo erit tam injustus, Græc. Particula iam, est ab Erfurd,
 atq; Col. leve hoc: sed gratia non parum secum adfert ad sententiam.
 15. Nunc utrum fortasse iam. Eeci dictionem videtur, ita in Pall.
 plurimum, à quibus aberat, ut & Colon. & Maur. posteroce, denique
 Puteaniano.

rum etiam natura & moribus tuis : ex quo quidem maximus est fructus, iucunditasque *sapientis*. Cetera cum tua recordabere, et si per sepe virtuti, tamen plerumque felicitati tuae congratulabere. de nobis : quos in republica tecum simul salvos esse voluisti, quoties cogitabis, toties de maximis tuis beneficiis, toties de incredibili liberalitate, toties de singulari sapientia tua cogitabis : quæ non modò *summa bona*, sed nimirum audebo vel sola dicere. tantus est enim splendor in laude vera, tanta in magnitudine, animi, & consilii, dignitas, ut hæc à virtute donata, cetera à fortuna commodata esse videantur. Noli igitur in conservandis bonis viris defatigari, non cupiditate præsertim, aut privitate aliqua lapsis, sed opinione officii, stulta fortasse, certè non improba, & specie quadam reipublicæ. Non enim tua ulla culpa est, si te aliqui timuerunt: contraque summa laus, quòd plerique minimè timendum fuisse senserunt. Nunc verò venio ad gravissimam querelam, & atrocissimam suspicionem tuam : quæ non tibi ipsi magis, quam cum omnibus civibus cum maximè nobis, qui à te conservati sumus, providenda est, quam et si spero esse falsam, nunquam tamen verbis extenuabo. Tua enim cautio, *nostra cautio est* : ut, si in alterutro peccandum sit, malum videri nimis timidus, quam parum prudens. Sed quisnam est iste tam demens? de tuisne? tamen si qui magis sunt tui, quam quibus tu salutem insperantibus reddidisti? an ex eo numero, qui unà tecum fuerunt? non est credibilis tantus in illo furor, ut quo duce omnia summa sit adeptus, hujus vitam non anteponat suæ. An si tui nihil cogitant sceleris, cavendum est, ne quid inimici. Qui? omnes enim qui fuerunt, aut sua pertinacia vitam amiserunt, aut tua misericordia retinuerunt : ut aut nulli supersint de inimicis, aut, qui superfuerunt, amicissimi sint. Sed tamen, cum in animis hominum tantæ latebrae sint, & tanti recessus, augeamus sane suspicionem tuam, simul enim augebimus & diligentiam. nam quis est omnium tam ignarus rerum, tam rudis in republica, tam nihil umquam nec de sua, nec de communi salute cogitans, qui non intelligat, *sua salute contineri suam*? & ex unius tua vita pendere omnium? Equidem de te dies, noctisque, ut debeo, cogitans, casus duntaxat humanos, & incertos eventus validudinis, & naturæ commanis fragilitatem extimesco : doleoque, cum republica immortalis esse debeat, eam in unius mortalis anima consistere, si verò ad humanos casus, incertoque eventus validudinis, sceleri etiam accedat, insidiarumque consensio; quem deum etiam si cupiat, opitulari posse reipublicæ credamus? Omnia sunt excitanda tibi, C. Cæsar, uni, quæ jacere sentis, belli ipsius impetu, quod necesse fuit, perculsa, atque prostrata : constituenda iudicia, revocanda fides, comprimendæ libidines, severis legibus vincienda sunt. Non fuit recusandum in tanto civili bello, tantoque animorum ardore, & armorum, quin quassata reipublica, quicumque belli eventus fuisset, multa perderet, & ornamenta dignitatis, & præsidia stabilitatis suæ :

multaque uterque dux faceret armatus, quæ idem togatus fieri prohibuisset. quæ quidem nunc tibi omnia belli vulnera curanda sunt : quibus, præter te mederi nemo potest. Itaque illam tuam præclarissimam & sapientissimam vocem invitus audivi : *satis te diu vel natura vixisse, vel gloria*. Satis, si ita vis, natura fortasse, addo etiam, si placet, gloriæ : at, quod maximum est, *patriæ certè parum*. Quare omite, quæso istam doctorum hominum in contemnenda morte prudentiam; noli nostro periculo sapiens esse. Sæpe enim venit ad aureis meas, te idem istud nimis crebro dicere, satis te tibi vixisse. Credo : sed tum id audierem, si tibi soli viveres, aut si tibi etiam *soli natum* esses. nunc, cum omnium salutem civium, cunctamque reipublicam res tuæ gestæ complexæ sint : tantum abes à perfectione maximorum operum, ut fundamenta, quæ cogitas, nondum jeceris. Hic tu modum tuæ vitæ, non salutem reipublicæ, sed æquitatem animi definies? quid, si istud ne gloriæ quidem tuæ satis est? cuius te esse *avidi summum*, quamvis sis sapiens, non negabis? Parumne igitur, inquit, gloriæ magnam relinqueamus? immo verò aliis, quamvis multis, satis : tibi uni parum. Quid enim est, quamvis amplius sit, id certè parum est tum, cum est aliquid amplius. Quòd si rerum tuarum immortalium, C. Cæsar, hic exitus futurus fuit, ut, devictis adversariis, reipublicam in eo statu relinqueres, in quo nunc est : vide, quæso, ne tua divina virtus admirationes plus sit habitura, quam gloriæ : siquidem *gloria*, est illustris, ac pervagata multorum, & magnorum, & vel in suos, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum. Hæc igitur tibi reliqua pars est : hic restat æctus, in hoc elaborandum est, ut reipublicam constituas, eaque tu in primis composita, summa tranquillitate, & otio pernuare : tum te, si voles, cum & patriæ, quod debes, solveris, & naturam ipsam expleveris satietate vivendi, satis diu vixisse dicito. Quid est enim omnino hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum, quod cum venerit, omnis voluptas præterita pro nihilo est, quia postea nulla futura sit? quamquam iste tuus animus nunquam his angustiis, quas natura nobis ad vivendum dedit, contentus fuit, semperque immortalitatis amore flagavit. Nec verò hæc tua vita ducenda est, quæ corpore, & spiritu continetur. illa, inquam, illa vita est tua, quæ vigebit memoria seculorum omnium: quam posteritas alet, quam ipsa æternitas semper tuebitur. Huic tu inservias, huic te ostentes, oportet : quæ quidem, quæ miretur, jam pridem multa habet : nunc etiam, quæ laudet, expectat. obstupescant posteri certè imperia, provincias, Rhenum, Oceanum, Nilum, pugnas innumerabiles, incredibiles victorias, monumenta, munera, triumphos audientes & legentes tuos. sed, nisi hæc urbs stabilita tuis consiliis, & institutis erit, vagabitur modò nomen tuum longe, atque late : sedem quidem stabilem, & domicilium certum non habebit. Erit inter eos etiam, qui nascentur, sicut inter nos fuit, magna dissensio, cum alii laudibus ad cælum res tuas gestas efferent : alii fortasse aliquid requirunt, idque vel maximum

1. Quæ in rep. tecum simul salvos esse voluisti. Pall. plerique ejiciunt illud *salvos*, neque habuit Col. Put. Maur. posterior. putatque à glossa Gulielmii.
2. Quod plerique minimè timendum. Abest à Palatinis plerisque illud *plerique*, neque reperit in Coll. Gulielmii, putatque non requiri à sententia; numerorum verò elegantiam etiam repudiare. at mihi contra videtur opponitur enim diserte illi superiori, *aliqui*.
3. An si tui nihil cogitant, &c. Sic Colon. mutatione si verba spectes parva : sin elegantiam, maxima. neque aliter uterque Mauricianus. Prius erat *si*.
4. Incertis que eventus validudinis sceleris, &c. Pall. omnes & Coll. Put. tres & Ahalæ incertis que motus. neque locus olim cust. idemque de suis omnibus restatur Lambinus.
5. Quem Deum si cupiat. Ita Pall. nostri meliores præter nonum, neque aliter S. Victoris, Colonienf. duo Put. non, est amp. ut vulgaticque Plantus & Terentius. Nec salus nobis salutis jam esse, si cupiat, &c.
6. Itaque istam tuam præclarissimam. Malim præsentissimam, cum m.

Puteani.

7. Parumne igitur inquit gloriæ magnam relinqueamus? Pall. plures, inquit magna relinqueamus, quod & in Col. & Maur. poster. placetque Gulielmii. cum intueor sequentia, etiam præterea videtur abjiciendum magis.
8. Vel in suis vel in patriam, &c. Est à Pal. nono & Basilic. cui prius voce amplius, *suis civis*, vel. à glossa Felicit.
9. Hæc tua vita ducenda. Ita Gembl. & Colon. non ducenda, ut antea impressi.
10. Æternitas semper tuebitur. Sic Pall. & Put. item uterque Maur. prius erat *inservitur*. male. crescere enim debebat oratio.
11. Monumenta, munera, victorias, &c. Habet quidem Grateri m. illud Puteani innumerata. sed tamen respicere potuit ad munera. populo à Cæzare data, hoc est, spectacula ac ludos. sed ne hæc quidem apud coherent cum bellis, monumentis, triumphis & innumera vix dixit cum præcesserit, innumerabiles. hæc Gulielmii.

maximum, nisi belli civilis incendium salute patriæ restin-
xeris: ut illud fati fuisse videatur, hoc consilii. Servi igitur
iis etiam iudicibus, qui multis post seculis de te iudicabunt;
& quidem haud scio, an incorruptius, quam nos, nam & sine amore,
& sine cupiditate, & rursus sine odio, & sine invidia iudicabunt.
id autem etiam si tunc ad te, ut quidam falso putant, non pertinebit: nunc certe pertinet, esse te talem, ut tuas laudes obscuratæ nulla unquam sit oblivio.
1 Diversæ voluntates civium fuerunt, distractæque sententiæ: non enim consiliis solum, & studiis, sed armis etiam, & castris dissidebamus. erat autem obscuritas quædam, erat certamen inter clarissimos duces: multi dubitabant, quid optimum esset: multi, quid sibi expediret:
2 multi, quid deceret: nonnulli etiam, quid liceret. Perfunctæ res publica est hoc misero, fatalique bello: vicit is, qui non fortuna inflammatæ odium suum, sed bonitate leniret: 2 nec qui omnes, quibus iratus esset, eosdem etiam exsilio, aut morte dignos iudicaret. Arma ab aliis posita,
3 ab aliis erepta sunt. Ingratus est, injustusque civis, qui armorum periculo liberatus, animum tamen retinet armatum: ut etiam ille sit melior, 4 qui in acie cecidit, qui in causa animam profudit, quæ enim pertinacia quibusdam,
5 eadem aliis constantia videri potest. 5 Sed jam omnis fracta dissensio est animi, & extincta a quietate victoris: restat, ut omnes unum velint, qui modo habent aliquid non solum sapientia, sed etiam sanitate. Nisi te, C. Cæsar, salvo, & in ista sententiæ, quam cum antea, tum hodie vel maxime usus

es, manente, salvi esse non possumus. Quare omnes te, qui hæc salva esse volumus, & hortamur, & obsecramus, ut vix, ut salutem tuam consulas: omnesque tibi, ut pro aliis etiam loquar, quod de me ipso sentio, quoniam subesse aliquid putas, quod cavendum sit, non modo excubias, & custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositus, & corporum pollicemur. 6 Sed, unde est orsa, in eodem terminetur oratio: maximas tibi omnes gratias agimus, C. Cæsar, majores etiam habemus: nam omnes idem sentiunt, quod ex omnium precibus, & lacrimis sentire potuisti.
7 Sed quia non est & stantibus omnibus necesse dicere, à me certe dici volunt: cui & necesse est quodammodo, & quod volunt, & quod decet, & quod M. Marcello à te huic ordini, populoque Romano, & reipublicæ reddito, fieri intelligo, nam latari omnes, non ut de unius solum, sed ut de communi omnium salute, sentio. Quod autem summæ benevolentia, quæ mea erga illum omnibus semper nota fuit, ut vix C. Marcello, optimo, & amantissimo fratri, præter eum quidem, cederem nemini, cum id sollicitudine, cura, labore tamdiu præstiterim, quamdiu est de illius salute dubitatum: certe hoc tempore, magnis curis, molestiis, doloribus liberatus, præstare debeo. Itaque, C. Cæsar, sic tibi gratias ago, ut omnibus me rebus à te non conservato solum, sed etiam ornato, tamen ad tua in me unum innumerabilia merita, quod fieri jam posse non arbitrabar, maximus hoc tuo facto, cumulus accesserit.

1. Diversa voluntas ac servitas fuerunt. Malit Gulielmus Divisa: nam à divido, dividit pro di cordis.
2. Nec qui omnes quibus iratus erat, etc. Haud aliter Pall. aliquot & Cal. Pungit enim accus. Pompeium, quam vulgatum neque.
3. Ab aliis erepta sunt. Gulielmus putabat vix illud esse Latinum, nisi abjecto ab.
4. Qui in acie cecidit, qui in causa animam profudit. Hæc lectio est Pal. pr. Jec. tert. neque Jecus Pur. Colon. & Masticiani duo, quod dudum prodidit Modus noster Epistola CXXXI. Misere heic le tortis Lambinus, neque illum profecit. Horomanus lib. IV. Obierv. cap. 3 non magis quam Victorius lib. XVI. Var. Jec. cap. 2.
5. Sed jam omnes, etc. Exterminavit omnia volentibus Pall. omnibus, item Cerb. S. V. et Pur. Colon. tribus & Grut. neque heic tantum, sed & periodo sequenti: ubi erat: quæ nisi te Cæsar, & hæc quoque eorundem codicum concordia calculo.

6. Sed unde est orsa, in eodem terminetur oratio: maximas. Sic Pall. ferè omnes & Coll. duo prius edidi: Sed ut unde, etc. oratio mea maximas, etc.
7. Sed quia non est, etc. Pal. nonus & Quint. sext. sept. oct. dec. item Coll. tres, etc. quia, quod forsitan propius accedit ad verum, videtur enim legendum: id quia, ut referatur ad superiora.
8. Si antibus omnibus, etc. E more veteri Senatorii, qui aut sententiam suam ipsi, & si quid vellent præterea, dicebant idque stantibus quibus videbatur assentiebantur sedentes. Epistola ad Q. Merellum. Gul. elm.
9. Necesse est quodammodo, etc. quod volunt, etc. quod decet, etc. quod M. Marcello à te, etc. reddis, fieri intelligo. Exhibi ferè scripturam primarum editionum, nam posteriores nimium ab iis divergent. & sic quoque Pall. aliquot notæ tamen melior s, irem Colonienfis ille, tantum habebant, necesse est quodammodo, etc. quod fieri decet M. Marcello à te, etc. reddis fieri id intelligo. talia ferè reperta Lambino apparer ex ejus Notis; neque locus erat in excusis à Puteano.

M. TULLIUS CICERO

PRO

Q. LIGARIO AD C. CÆSAREM.

ORATIO QUADRAGESIMA PRIMA.

SYNOPSIS.

Ligarius cum aliquanto post adventum Atty. Vari in Africa legatus mansisset, Qu. Tuberonem cum patre illuc advenierentem ut eam provinciam traderet Cæsari, non admisit, & ab ingressu prohibuit. Hoc nomine Ligarium Tubero apud Cæsarem accusavit, quem Cicero apud eundem Cæsarem defendit.



OVUM crimen, C. Cæsar, & ante hunc diem inauditum propinquus meus ad te Q. Tubero detulit. Q. Ligarium in Africa fuisse: idque C. Pansa præstanti vir ingenio, fretus forsâ se ea familiaritate, quæ est ei tecum, ausus est consilium. Itaque quomæ veritatem, nescio, paratus enim vene-

ram, cum tu id & neque per te scires, neque audire aliunde potuisses, ut ignoratione tua ad hominis miseri salutem abuterer: sed quoniam diligentia inimici & investigatum est, quod latebat: confidendum est, ut opinor: præsentium cum meus necessarius, C. Pansa, fecerit, ut idjam integrum non esset, omniaque controversia, omnis oratio ad misericordiam tuam conferenda est, qua plurimum servati.

Q. 9

servati.

1. Neque per te scires, etc. Libri aliquot scripsi scire, haud tamen ii quos plurimum ximo.

2. Investigatum est id quod latebat. Sic Erford. sic Pal. nonus, Colonien. & Gronovio & editio vetus, quos sequor.